



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXVII. Günzel und Günther von Bartensleben machen eine Memorienstiftung an dem von dem Propst Ludolph in der Marienkirche zu Salzwedel gegründeten Altare, am 27. März 1356.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XXV. Markgraf Ludwig der Römer verpflichtet sich, Burchardt von Dorstadt und seinen Begleitern jeden Schaden, den sie in seinem Dienste nehmen sollten, zu vergütigen, am 1. October 1352.

Wir Ludwig der Romer — Bekennen — das wir gelobt haben — Borkarden von dorstatt vnd sinen gesellen vnd allen den, die er noch in vnsern dienst bringet vnd die vns dienen, di hernach geschriben stan: Wolter Kridane, Tweric Achelse von Krostte, henrich von Louede, Steppe Mand, Janes von Gustede, Gerhard von Elze, Diderich Bok, Kopsteden, Knorren, Ludeke, Vlpte, Lauenstede, Knofer, Sand von Vorden, en vor redlichen schaden ze stan eres geuenchnisse vnd er Rod vnd hengst, dez si vns redlich vnd kuntlich bewisen mogen vnd vnse hauptlewte, di von de scholenborgh vnd von Bertenfleuen, sullen yn stan vor solt vnd vor knechten pferd — Geben auf dem hus zu Dartzow — Dreizehnhundert — in dem zwey vnd funfzigstem iar, in dem nachsten montag nach sant Michelsdag.

Nach dem Original im Wolfsburger Archive.

XXVI. Wittwe Kunigunde von Bartensleben schenkt dem Kloster Marienthal 17 Schillinge Renten zu einer Seelmesse, am 11. November 1355.

We Abbet henrik — des closteres tho sente Mariendale bekennet — dat we hebben vercoft vern konegunde, wedewen hern hossen von bertenfleue des langhen, — seuentene schillinge helmstedischer pennige in vsem dorpe to bardenbecke — dusse heft se gegeuen — vns vnd vsem Conuente ewichliken to besittende (dafür soll Messe gelesen werden für Buffo den Langen vnd Elsebe, seine Tochter). — Dryttein hundert vnd vif vnde vestich in sunte Mertines daghe.

Nach dem Original im Wolfsburger Archive.

XXVII. Günzel und Günther von Bartensleben machen eine Memoriensiftung an dem von dem Propst Rudolph in der Marienkirche zu Salzwedel gegründeten Altare, am 27. März 1356.

Nos Guncelinus miles et Guntherus famulus, fratres, dicti de Bertenfleue, recognoscimus publice et notum facimus omnibus prefens scriptum visuris seu auditoris tam presen-

tibus quam futuris, Quod de pleno consensu pariter et assensu Guncelini ac Guncelini, filiorum nostrorum, ac omnium heredum nostrorum, ad perpetuam vicariam altaris beate Marie virginis, quam pie memorie dilectus frater noster dominus Ludolfus, quondam in Saltwedele prepositus, in sua ibidem ecclesia sancte Marie fundavit et ad perpetuam anniversarii sui memoriam, quam in testamento suo in eadem ecclesia, sicut infra scribitur instituit, peragendam, dimissimus ac presentibus dimittimus, apposimus et presentibus irrevocabiliter apponimus et dedimus atque donamus de paternis bonis nostris in villa Rorberghe quatuor choros filiginis, videlicet in curia nunc hennekini philippi vnum chorum, in curia nunc hagemanni vnum chorum, in curia nunc Thideken tangelmannes vnum chorum cum dimidio et in curia nunc hermanni de Puggen dimidium chorum, cum jure inpignorandi in dictis curiis, nomine perpetui pactus annis singulis perpetuo percipiendos per perpetuum vicarium, ad dictum altare legitime presentatum et canonice institutum, Cuius ius presentandi Consules antike civitatis Saltwedel predicte post mortem domini Johannis Parfowe, qui nunc est vicarius dicti altaris, quociens uacauerit, perpetuo obtinebunt. Presentabunt tamen ad hoc ydoneum sacerdotem vel clericum abilem, qui se faciet ad presbiteratus ordinem infra annum promoueri, qui quidem perpetuus vicarius ad dictum altare sub obedientia prepositi in Saltwedel dictam missam legendo celebrabit, pro sui tamen corporis virium possibilitate, seruabitque diebus Sabbatis dominicis et feriis secundis de domina nostra beata virgine Maria et tunc penultima collecta erit pro defunctis, scilicet Inclina, pro salute videlicet animarum dicti domini Ludolfi prepositi, Guncelini militis et Machtildis, parentum nostrorum, ac etiam postquam nos viam vniuerse carnis fuerimus ingressi, pro salute animarum nostrarum et conthoralium nostrarum ac etiam filiorum nostrorum nominatim. Quarum omnium memoria per ipsum vicarium in omnibus suis missis debet fieri in secreto, et reliquis in septimana quam premittitur diebus missam seruabit vicarius prenotatus pro omnibus fidelibus defunctis cum collectis preuiis pro commemoratione animarum nominatim ut predicatur expressarum. Si tamen ob festorum seu sacri temporis deuotionem prefatus dicti altaris vicarius vellet missas prescriptas aliquibus diebus mutare, poterit quidem hoc licite facere, dummodo memorias animarum ut premittitur non obmittat. Item dictus vicarius de omnibus redditibus vicarie predicti altaris appositis presentabit consulibus prenotatis annis singulis in die beati Nicolai tres marcas denariorum, quibus ipsi procurabunt predicti domini Ludolfi prepositi anniuersarium peragi tercia die ante festum beate Lucie virginis vigiliis et tunc sequenti die, que est precedens dies diem beate Lucie, cum missis ea videlicet peractione sicut de anniuersario domini Rodolfi pie memorie, prepositi quondam ibidem, in eadem ecclesia hactenus est seruatum. Debemus ergo nos et volumus prenotatos quatuor choros pacti perpetui per principem terre, cuius de hoc interest, ad altare predicte vicarie facere appropriari infra annum continue subsequenter vel infra breuius tempus, si poterimus, nostris laboribus et expensis. Vt autem premissa omnia et singula a nobis et nostris heredibus nobis succedentibus inuolabiliter obseruentur, in euidenciam et testimonium super ipsis sigilla nostra patenter presentibus dignum duximus appendenda. Nos etiam prefati Guncelinus, predicti militis domini Guncelini filius, ac Guncelinus, predicti famuli Guntheri filius, famuli, eiusdem cognominis de bertensteue, in euidenciam et testimonium nostri pleni et expressi consensus pariter et assensus omnium premissorum per nos firmiter seruandorum sigilla nostra presentibus similiter de nostra certa scientia sunt appensa. Datum anno domini M^o. CCC^o. LVI^o., dominica qua cantatur oculi mei.

Nach dem Originale im Saltwedelschen Archive XXV, 12.